BIBLIA LATINA, BD. 2

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Seite 174r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nostrum glorificabimus te et gentē
tuam et templum gloria magna
ita ut manifestetur gl'a vestra in
universa terra. Anno centesimo
lxx. iiii. exiit antyochus in terram
patrum suorum et convenerūt
ad eum omnes exercitus. ita ut
pauci relicti essent cum tryphone.
Et insecutus est eum rex antyo
chus et venit doram fugiens per
maritimam. Sciebat enī quod con
gregata sunt in eum mala et ex
ercitus reliquid eum. Et appli
cuit Antyochus sup doram cum
centum milibus. xx. virorum.
belligerancium. et viii. milibus
equitum. et circuivit civitatem et
naves a mari accesserunt et vexa
bant civitatem. a terra et mari et ne
minem sinebant egredi neque in

gredi. LVII.
Venit autem numenius et qui
cum eo fuerant ab urbe
roma hn̄tes ep'las regibus et regi
onibus scriptas. in quibus conti
nebantur hec. Lucius consul.
romanorum. ptolomeo regi sa
lutem. Legati iudeorū venerūt
ad nos amici nostri renovantes
pristinam amiciciam. et societa
tem missi a symone principe sa
cerdotum et populo iudeorum.
Attulerunt autem et clipeum au
reum mnarum mille. Placuit
autem nobis scribere regibus et
regionibus ut non inferant ill'a ma
la neque inpugnent eos et civitates
eorum et regiones eorum et ut

non ferant auxilium pugnan
tibus adversus eos. Visum est
aūt nobis accipere ab eis clipe
um. Si qui ergo pestilentes re
fugerint de regione ipsorum ad
vos tradite eos symoni principi
sacerdotum ut vindicet in eis se
cundum legem suam. Hec eadē
scripta sunt demetrio regi et atha
lo et arabe et arsaci et in omnes re
giones. et samsame et spartiatis
et delo et mido et sicione et carie.
et samon et pamphiliam et liciam
et alicarnasum et rodum et faseli
da et choo et siden et arado et gorti
nam et gnagindum et cyprum et cy
renen. Exemplum aūt horum
scripserunt symoni principi sacer
dotum et populo iudeorum.

Antyochus LVIII.
Antyochus autem rex applicuit castra
in doram secundo. admo
vens ei semp manus et machinas
faciens et conclusit tryphonem
ne procederet. Et misit ei symō
duo milia virorum electorum in
auxilium et argentum et aurum
et vasa copiosa et noluit ea acci
pere. sed rupit omnia que pac
tus est cum eo antea et alienavit
se ab eo. et misit ad eum atheno
bium unum de amicis suis ut
tractaret cum ipso dicens. Vos te
netis ioppen et gazaram et arcem
que est iherusalem. civitates reg
ni mei. fines earum desolastis. et
fecistis plagam magnam sup
terram. et dominati estis p loca

174